

Psalterij autem recitandi per totum annum
modum huius Graecorum Ecclesiae servat.

A. XX. mensis Septembris singulis diebus tria Cathis-
mata recitantur, in Vesperis ea quae sunt ad Dominum.
Psalmus cui Polyelos nomen est, in pervigilio à
Christi natiuitate ad XV. mensis Ianuarij, cum solen-
nitati Epiphaniae Dominicae finis imponitur. in Ma-
tutinis tria Cathismata, in Vesperis unum, adeo ut
unamquamque hebdomada Psalterium uniuersum percurratur.
A. XX. Ianuarij Cathisma in Matutinis ad quingimus,
in Lychnico uero, ea quae ad Dominum sunt, usque ad
Sabbatum Carnis-privij. Hebdomade uero Carnis-
privij, subsequentes, quae ab edendo Casco Tyrene
dici obtinuit, in Matutinis duo, in Vesperis alterum
ut Fratres paululum quiescant. At ex Quadragesimae
hebdomadibus singulis bis Psalterium recitatur.
Sanctae hebdomade semel tantum dicitur, scilicet Fe-
ria quarta: à Feria quinta usque ad Sabbatum Antipacha,
quae est Dominica in Albi, silet. In pervigilio post
Sancti D. Thomae, uel nomen Dominica, quae est in Albi
rursus incipitur illius lectio, non tantum diebus Domini-
cis, sed singulis etiam diebus; in Matutinis scilicet, Cathisma-
ta tria, in Vesperis unum, usque ad XX. mensis Septembris.